

## CLASSIS DECIMA-SEXTA.

*De Cognitione & delectu Medicamentorum simplicium.*

**I**N gratiam Tyronum additus est Tractatus iste, de cognitione & delectu Medicamentorum simplicium; non omnium quidem, sed praecipuorum & magis necessariorum, ex variis Authoribus collectorum, & ordine alphabetico dispositorum prout sequitur.

**A**cacia Arbor est, ex cuius semine maturo, ejusdem nominis succus exprimitur nigricans: ex iminaturo rubescens seu subfulvus. Et hic vera veterum *Acacia*, quæ *Theriacam* ingreditur, recipiendaque est, tibi *Acacie* simpliciter mentio fit. Ex omnibus præstantissima perhibetur *Lutea rubra* odoris grati.

**E**ris Flos, æris scobe tenuissime delimatæ polluitur. Optimus est friabilis, in attritu fulvescens, milii effigie, ponderosus, gustu adstringens & modicè splendens.

**E**ris Scoria, est recrementum illud spongiarum modo spumosum, quod Fabritiani de ferro quam ære abjiciunt.

*Eris.*

*Æris squama*, est fragmentum, sive ramentum quod malleis æri excutitur, quæ de causâ æris rudis squama cæteris præfertur, ex qua clavi fiunt. Probatur crassa, rufa præsertim æruginosa.

*Ærugo*, est æris veluti rubigo in æreis vasis, laminis, squamulis, scobibus, lapidibus concreta, decem diebus *Aceti acerini* vapore post decussa vel derafa.

*Æs ustum* probatur rubrum, contusum Cinnabarinum colorem imitans; nigrum verò plus quam exustum est.

*Agaricus* fungus est arboribus adnascens Laryci: estque duplex, & ratione sexus mas & fæmina, & ratione coloris candidus & niger. Probatur *Agaricus* qui candissimus est & levis, item friabilis, minime lignosus, rarus, primò statim gustu dulcis, mox amarus, astringens, ac etiam subacer, quæ estqui fæmina nominatur; qui verò nigricans, densus, ponderosus, filis quibusdam veluti nervis intersectus, acerbusque maximè improbat: quin & qui corrosus, & qui propè caudicem est.

*Aloës*, alia est *lucida* seu *succotrina*, alia *hepatica*. Præstantissima est *succotrina*, seu *lucida*, quæ est pinguis, glutinosa, transparens ex rubro rufa, *Hepatis* modo coacta, boni odoris *Myrrham* æmulantis, syncera, friabilis digitis, arenarum & calculorum expers, facile liquefcens, & eximiæ amaritudinis. Hepatica non tam boni odoris est ut *succotrina*, nigrior fractuque contumacior est.

*Aloës*

*Aloës Lignum* eligitur Indicum, colore nigro, cinereis venis discurrentibus, ponderosum, ita ut suâ gravitate in aquam coniectum non innatet, sed subsidat, durum crassum, quodque accensum flammat diu retineat, humidâ pinguedine prægnans. Quòd majora sunt fragmenta, cò plus facultatis in se continent.

*Ambra optima censetur Grysea odoratissima*, quæ à sordibus maximè repurgata est, quæque plurimum ad candorem accedit, quæ videlicet cinerei sit coloris, aut quæ ex venis nunc cinereis nunc candicantibus constat, levis, pinguis, & si ejus fragmentum candenti ferro applicatum, veluti in oleum resolvatur. Pessima est nigra, & vilis, quâ odor chyrothecis conciliatur.

*Ammoniacum* probatur benè coloratum, *Tigni*, *Calculorum*, ac aliarum sordium expers, *Thuris* similitudine, minutis glebis, densum, syncerum, odore *Castoreum* utcumque referens, & gustu amarum. *Ferule* succus est, quæ in *Africa* gignitur juxta Ammonis Oraculum.

*Amylum*, *Amidum*. De multis cerealiis fieri potest, sed optimum, quod ex *Tritico* quinques aquâ madefacto fit, quod ubi emolliri cœperit, inquit *Dioscorides*, sensim aqua affundenda sine additione, ne quod utile est unâ effuat. Ubi mollissimum fuerit, effusâ aquâ pedibus calcari ac constringi debet; deinde aliâ aquâ superfusâ denuò calcari: tum enatantes ibi

Fur.

258 PHARMACOPOEIA  
Furfures Cibro excipiendi; reliquumque  
quallo sportisque ficcatum è vestigio no-  
vis tegulis torreatur in Sole, & servetur.

Anacardus fructus est cuiusdam Arboris,  
cui Græci nomen indiderunt, à cordis  
tum similitudine, tum colore. In eo li-  
quor residet mellis crassitie, instar sanguini-  
nis rubicundus, gustu adurente; in medio  
nucleus est exiguae Amygdalæ effigie; præ-  
feruntur Anacardia pleniora, & habiliora,  
fusca, resina in cortice multa acri nigra,  
nucleo intùs albo. Magna ejus est copia in  
*Malabar* & reliquis *Indiae* Provinciis.

Anime, aliud ex *Orientali India*, aliud  
ex *nova Hispania Indiae Occidentalis* adfer-  
tur. 1. *Anime Orientale* est *Gummi*, quod  
ex *Orientali India Lusitanorum* navibus in  
*Europam* adfertur, estque trium generum,  
primum fulvescit & pellucidum est, pla-  
nèque nobilius, succinum crudum emu-  
latnr. Alterum genus nigricat, & ferè si-  
mile est *Taurino glutini*, sive illi resinæ,  
quam officinæ *Cotophrionam* vocant. Ter-  
tium genus pallidum est, & resinaceum  
retorridumque. Omnia verò jucundum in  
suffumigis spirant odorem, idemque vi-  
dentur temperamentum fortita: posterio-  
ra tamen duo degustata, magis ficare &  
amarescere deprehenduntur. 2. *Anime no-  
va Hispaniae* est Arboris mediocris magni-  
tudinis *Copalliferæ* vocatæ, *Lacryma*, seu  
*Resina* per incisionem *Thuris* aut *Majesticis*  
modo collecta, alba ad *Thuris* colorem  
nonnihil vergens. Defertur granis *Thuris*,  
sed

sed crassioribus, quæ contracta luteuni colorem ostendunt instar resinæ: gratissimi ac suavissimi est odoris, & prunis imposita facile consumitur. Differt ab *Anime Orientali*, quod neque tam candidum neque tam iucidum sit.

*Aspalathus*, frutex est succulosus, variis horrescens spinis, nascitur in *Istro*, *Nisyrus Syria & Rhodiorum Insula*. Optimus est gravis & ponderosus, detracito cortice rubescens, aut in purpuram vergens, densus odoratus, gustu amarus. Est & aliud genus candidum, lignosum, sine odore, quod deterius habetur. Pro *Aspalatho*, si defit, succedaneum erit semen *Agnicasti*, aut *Lignum Aloës*, aut *Santalum Citri-num*.

*Aza dulcis*, *Aza dulcis*, officinarum, est *Benzoinum seu Cyrenacei Laserpitij Lacryma*. Probatur *Benzoinum*, syncerum & translucens colore rubescens, *Eleætre* simile, gustu gratum, durum, albis distinctum unguibus, aut glebulis, odore admodum blando, *Xyloës*, odorem referente præditum, fuscum autem & impurum improbat.

*Aza foetida*, *Aza foetida*, ex *MEDIA & Syria* defertur, foetidi virosique odoris *Sagapenum* redolentis. Melior est quæ vergit ad rubedinem, splendens, *Myrrham* non portum referens, & quæ facile dissolvitur in album colorem. Adulteratur antequam siccatum cum *Serapino* & *Farina Fabarum*, sed dignoscitur facile adultera-

ta,

*Auripigmentum*, metallica res est aurum colore imitans. Ejus apud *Dioscoridem* duo sunt genera; unum è multis *Squammis*, ut altera alteri imposita videatur, constat: id si purum fuerit, nec ulli materiæ permixtum optimum existimatur. Alterum colore *Sandarache*, hoc est rubrum glandis effigie. Deligendum ergo aureo colore micans, è tenuibus *Squammis* compaetum, quod facilè funditur, & lapillis aut terræ permixtum non est.

*Balsamifera Arbor*, seu *Arbor Balsami Indici*. Arborem hanc *Pannucini Chne* vocant, nostri *Indici Balsami* arborem, *Mexicenses Boitziloxiel*, seu affluentem resinam nuncupare consueverunt, quia li- quorem effundit *Syriaco Balsamo* simili- mum, neque odore aut viribus inferiorem. Arbor est *Mali Medicæ* magnitudine, fo- liis *Amygdali* majoribus, tamen rotundio- ribus, & magis acuminatis. Floribus in extremis ramorum flagellis luteis, initio loculorum oblongorum forma, sed pro- cedente tempore quoramdam veluti folio- rum, cæteris longiorum & latiorum, in quorum extremitatis cavitate, semina, inclusa continentur, candicantia, & in quemdam pallorem inclinantia, oblonga, & paulisper contorta, feminibus *Mali Me- dice* similia. Inciso ergo quovis anni tem- pore hujus arboris cortice stipiteve, sed præcipue exactis jam atque desinentibus imbris, *Liquor ille* nobilis toto orbe ce- leber

leber, neandum satis laudatus stillat, quem  
*Balsamum* appellant è fulvo in nigrum  
inclinans colorem, sapore acri, paulisper  
amaro, odore vehementi, sed tamen gra-  
tissimo.

*Bællium*, densata lacryma est ex arbo-  
re *Saracenica* quadam *Ceraso* simili cortice  
vestita emanans, atque circa ramulos in  
magnos grumos concrescens, qui tam in-  
tegri quam confracti ex *Arabia*, *India*, &  
vicinis aliquot locis adseruntur, una cum  
adhærente sèpè cortice & ramulis. Hoe  
*Myrræ* concretione & adspectu simile:  
quare censuit quidam *Bællium* *Myrræ*  
speciem esse (quidam *Anime* esse voluit)  
à qua differt non solum quod arbores sint  
differentes, sed & in eo quod *Myrrha* sit  
fragilior, & in igne, ut resina, ardeat:  
at *Bællium* magis naturam *Gummatis* re-  
sipit, difficile enim ardet, & humore mol-  
lescit, odor non sine gravitate suavis. Pro-  
batur gustu amarum, translucidum, intùs  
pingue, liquefcens facile, & si digitis subi-  
gitur, mollescens, ligni ac folidis expers,  
suffitu odoratum, & albis maculis, unguí  
humano simillimis refertum, improbatum  
nigrum folidum uberioribus glebulis in  
offas convolutum: adulteratur *Gummi* &  
*Ceræ*; sed fraus gustu & odore innotescit,  
quia non ita amarum nec odorum est.

*Bezoar Lapis Orientalis*, ex quo Ani-  
mali proveniat diversi Authores diversa  
scripsere, & præcipua pars tenet quod fit  
Animal *Persie* ac *Indiae Orientalis* partim

L

Cerua

*Cervo simile, partim Capræ hinc fit ut allis  
Capra audiat, aliis *Hircus*, aliis *Capri*  
*Cerva*: v.g. dicitur *Capra Indica*, *Amato*;  
*Capra montana* *Menardo*, *Capra silvestris*  
*Lacune*; *Pazon Persis*.*

*Bezoar Lapis Orientalis*, qui est *Lapis* in dicto Animali repertus (ac potissimum in proventriculo, hinc & in ventriculo, aliisque cavitibus internis) figurâ scilicet variante, ovali, rotundâ, sessili & intus cava (meditullio paleam pilos vel simile continente) superficie levi & splendente: substantiâ è laminis instar Cæparum sese incumbentibus compactâ: variante item colore (plerumque atrovirente, hinc dilutiâ virente pallescente, cinerito, fulvescente, melleo, &c.) odore nullo; variante magnitudine & pondere (plerisque scilicet infra *Juglandis* magnitudinem constitutis, nonnumquam & paulò majoribus.

*Nota.* Dantur & adulterati, seu falsi confecti, scilicet ex *Lapidum* fragmentis & pice artificiosè coaugmentatis. Item ex creta, cineribus *Testarum*, *Sanguine sicco*, & *Lapidibus Bezoar* minoribus pulverisatis, & cum *Liquore* incorporatis: item ex *Cinabari*, *Antimonio*, *Mercurio ignis* artificio compactis, tinctis, &c. qui sanè non modò citra utilitatem, sed & cum detrimento in usum accersuntur.

Notæ ergo bonitatis ab Authoribus pasim notatae sunt.

1. Forma à forma renum aut ovi colum-

lumbini exterius levigatio diversa, utpote quæ signum Lapidis adulterati.

12. Structura Laminis multis instar Cæparum sese invicem incumbentibus, siisque singulis glabris, levibus, splendore coruscantibus, quod tamen alii reprobant.

3. Cavitas (Meditullium) expers rei heterogeneæ præter pulverem, quidam malunt inclusam Paleam, Festucam, Gramnum & similia.

4. Pondus aliis levius, nonnullis gravius.

5. Commixtio cum Calce, verbi gratiâ, si Lapis humectatus & Calci vel muro affrictus, Calcem colore viridi tingat: si Lapis Calce vivâ (cui admistâ aquâ) inunctus paulò post flavescat: si Lapis chartæ creta oblitæ affrictus viridem inducat hiemam: si pulvis cum Calce vivâ mixtus colorem ex pallido virentem referat (quod tamen non de omnibus verum esse potest).

6. Friabilitas & dissolutio in aqua, quæ tamen itidem & falsi Lapidis propria esse non nequit.

7. Liquatio, verbi gratiâ, si acus candens intrudi possit.

8. Disparitas fragmentorum cum gypso aut terra cocta (in duricie scilicet.)

9. Experimentum.

Verum enim verò, summa in dijudicatioне Lapidis cautio adhibenda est, neque absque notarum syndrome de bonitate aliquid certi statuere expedit, præstantissimus

*Bezoar Lapis*, provenit ex Animali *Peruano*, *Capri-Cervo Orientali* simili, cornibus tamen orbo, depascente herbas salutiferas. *Lapis Bezoar Occidentalis*, qui est *Lapis locis iisdem Animalis*, ut de priori dictum, circa rem heterogeniam in cavitate media contentam tunicatum concretus, *Orientalibus* ut plurimum major, superficie scabra, colore cincriceo albo, nigro, obscurevè virente, qui optimus. Præstantiores habentur (uti & *Orientales*) ex Animalibus montanis exempti.

*Bitumen Judaicum* cæteris anteponitur. Eligitur fusco colore, splendidum, ponderosum ac validum odorem vibrans, dum aquis innatat molle; cum siccatum est, Pice siccâ durius efficitur. Nigrum autem, & sordidum vitiosum est. Adulteratur Pice, quod color niger indicat & Picis odor.

*Camphora*, *Capur*, & *Cafur* *Arabibus* diæta in Burneo optima est, est autem arbor (quam Garcias & Clusius se vidisse scribunt) magna instar *Salicis*, è cujus *Meditullio* hæc *Lacryma* extrahitur, quæ per se coagulatur. Lignum hujus arboris est album & leve. Melior *Camphora* est candida, perlucens, pura, friabilis, tenuis & valde odorata: Crassa verò, fusca, nigra, assulis ligni sui implicata improbat: pani calido imposita si madefcat, syncera est; si arescat spuria. Si interdùm rubentibus, aut nigricantibus maculis conspersa videatur,

tur, id ex sordidarum manuum contrebatione, aut ex madore fieri dicunt; sed facilè id emendatur, si in panno lineo colligatur, in calidam aquam dimittatur, addito Sapone & Limonum succo; deinde probè elota in umbra siccatur: sic candida redditur. Asservatur semine Lini, aut *Miliij*, aut *Psylij*, aut *Pipere* sepulta, ne aëri exposita evanescat.

*Carneolus Lapis, Sardius, vel Sardinus* Plinio dicitur, similitudine à *Sardis* Sale conditis desumpta, quod corum colorem repræsentet, vel quod loturæ carnis similis sit: quæ ratione Gemmarii illum *Carneolum*, vel *Corneolum* appellant. Laudatissimus circa *Sardiniana* reperitur, & qui purissimâ juxta, & nitidissimâ consistit substantiâ, colore carneo & translucido.

*Cassia solutiva*. Arbor (unde colligitur) est procera instar *Juglandis*, folia habens ei valde similia. Ligni materies valde compacta. Fructus *Siliquæ* sunt longæ, rotundæ, nigrae, intùs medullâ multâ, nigrae & multis seminibus rotundis, & planis, quæ à se invicem membranis ligneis ac transversis dividuntur prægnantes. Eligenda est quæ ex *Memphi* & *Alexandria* *Egypti* convehitur, non admodum crassa, pellucens, recens, gravis, fracta, & quæ concussa seminibus minimè constrexit. Utendi tantum tempore extrahenda: nam extra Cannas promptè corrumpitur, & in vasis servata pejor evadit. Advehi cepit & ex *Brasilia* *Craffia purgatrix*, cùjus uncia

166 PHARMACOPOEIA  
una plus purgat, quam unciæ duæ *Cassia*  
illius *Egyptiacæ*.

*Cassia Græcorum*, ut ex Dioscoride &  
Galen colligere licet, *Cinnamomum* sive  
*Canella officinarum* videtur, quam pro  
*Cassia aromatica* uti possimus. Præfertur  
rufescens, longa, gustu cum acrimoniam  
grato, odore optimo & suavissimo.

*Castoreum* Medici vocant *Fibri* seu *Ca-*  
*storis testes*. Est autem *Fiber*, seu *Castor*  
*Animal amphibium*, ex albo cinereum in  
dorso nigricans, quod partim in aqua,  
partim in terra vivitat, & ex utroque pa-  
bulum venatur, *Latrarum modo*, quibus  
valde simile est caudâ exceptâ, quæ *Ca-*  
*stori* glabra est, & lata, & *Piscium modo*  
squammosa, *Lutris longa*, rotunda, his-  
pida rufa, & ad castaneam accedens, ut  
& totum corpus. *Castoris Testes* eligi de-  
bent, qui ex uno ortu connexi sunt, li-  
quore intus veluti cereo, odore gravi, &  
virus redolente, gustu acti, ac mordente,  
friabiles, naturalibus tunicis circumdati.  
Diligenter animadvertisendum est ne ab im-  
postoribus factitii *Castoris Testes* emantur:  
pauci namque habentur, qui adulterio  
carent, cuius manifestum est indicium  
nimia eorum magnitudo, cum legitimi  
parvi admodum sint.

*Chalcitis metallica* res est, in venis *Æ-*  
*ratiis nata*, præfertur *Æri similis*, friabi-  
lis, nec lapidosa, nec inveterata incurvan-  
tibus oblongis venis splendentibusque,  
promptissime liquefcens: uita melior est  
quam

quam non uita, & quæ urendo cineritia  
evaserit, modus urendi in *Dioscoride* est  
l. 5. cap. 75.

*China*, *Chinea radix*, *China radix*,  
alia est *Orientalis*. Ex Regione Sinarum  
*China* dicta. *Occidentalis* ex *Hispania nova*  
& *Peru*. Præfertur *Orientalis*, quæ exteriùs  
est colore rubente aut subnigro, interiùs  
candidante aut subrubente: & hæc quod  
nigror, eò melior. *Occidentalis* colore est  
interiùs magis rufo. Optima est recens  
pondere præstans, solida succulenta, non  
cariosa aut sapore insipida.

*Corallium*, ab effigie, & natali loco se-  
pè nec impropriè *Lithodendron*, quasi *La-  
pid-arbor*, & aliquando *Frutex marinus*  
dicitur: nam ut ait Macer, hoc velut ar-  
busti raimusculus esse videtur in Tyrrheno  
siquidem, & Siculo mari provenit & fru-  
tieis instar assurgit, ac ramos emittit. Hinc  
à nonnullis inter *Frutices*, ab aliis inter  
*Lapides*, à quibusdam inter *Bituminaria* re-  
ponitur. Verè tamen nihil istorum est. Sed  
inter omnia ambigit. Triplici autem agnos-  
citur discribime, si quidem rubrum, aliud  
album, & tertium nigrum, priùs ut aspe-  
ctu jucundius, sic melius, medicatius,  
& ad armillas aliaque ornamenta aptius.  
Album ut spongiosius, sic levius magisque  
refrigerans. Nigrum rariùs visitur, minut-  
que medicatum & expetitum. Laudatissi-  
mum rubeum, quod semper usurpatur,  
cum absolutè *Corallium* ponitur. Aliud in-  
super datur mixtum, intermixtis nempe

168 PHARMACOPOEA  
coloribus intercursantibus, estque minus  
bonum. Rubeum ut cæteris præstet, debet  
esse colore floridum, ut *Alga odoratum*,  
ut *Frutex ramosum*, fræctu facillimum,  
non scabrosum, lapideum, nec rursus  
inane aut concavum. Idem de albo intel-  
ligendum.

*Costus* præcellit solidus, optimè plenus,  
cortice cinereo sive pallescente, intùs can-  
dicans, interdùm colore buxi, odore ad-  
modùm fragrans, irinum videlicet, sive  
violaceum spirans odorem, à teredinibus  
non erosus, gustu acuto, ac lingua vel-  
licante. Omnes ferè optimi *Costi* notæ in  
*Angelicae* radice reperiuntur. Hinc ut non-  
nulli putent, eam pro vero *Costo* substitui  
posse.

*Curcumæ* radix laudatur recens, intùs  
*Crocea*, foris *Zinziberi* persimilis; vehe-  
menti amaritudine & acrimoniâ dum re-  
cens est caret, ob multam humiditatem:  
siccata verò acris est, sed non adeò ut  
*Zinziber*.

*Cyperus* nascitur in *Italia*, in palustribus,  
& humecto solo, quin & jam locis cultis.  
In *Germania* in hortis quibusdam colitur,  
optimus desertur ad nos ex *Syria* & *Ale-  
xandria* *Egypti*, in cuius defectu *Ibalicum*  
supponunt officinæ. Reperitur verò in offi-  
cinis *Cyperus duplex*, radice rotundâ &  
longâ; 1. *Cyperus rotundus* fortè à radicis  
effigie quæ pixidulam, aut poculum va-  
culumve pusillum imitatur dicitur videtur;  
hic præsertur ad usum Medicum, qui si  
desit

desit longus *Cyperus* substituitur. *Dioscoridi* est optima radix gravissima, densa, fractu contumax, plena & aspera, odoris cum quadam acrimonia jucundi. 2. *Cyperus longus*. Volunt quidam quod hic *Cyperus longis* radicibus discriminis gratiâ vocetur *Cyperis*. Qui verò rotundis est radicibus, *Cyperus*.

*Dictamnum legitimum* ac probatissimum in *Creta* Insula tantum gignitur. Alia verò planta *Dictamnum album*, vocata *Fraxinella*, planè à *Dictamno Cretensi* diversa, quæ quamvis valde efficax sit, *Dictamno Cretensi* substitui tamen non potest.

*Elaterium*, est succus *Cucumeris Asinini* condensatus; optimum censetur leve, non ponderosum, cum candore leniter humectum, gustu amarissimum, quodque lucernarum luminibus objectum facilè flagret, pôrraceum autem scabrumque si turbidum spectetur, atque erui cinerisque plenum sit ac grave, vitiosum statuitur. A *Theophrasto* statuitur *Elaterium* Medicamentorum omnium diuturnissimum, optimuimque quod vetustissimum.

*Elemini*, resina est *Cedri* aut *Oleæ Æthiopicæ*, eligatur ex *Citrino* pallescens, per quam odora, pura, & à pulverum admixtione immunis. Adulteratur resinâ; sed fraus odore sit manifesta.

*Euphorbium* succus est acerrimus, ex Arbore *Lybica* ferulæ speciem habente emanans. Eligendum est translucens & acre, adulteratur *Sarcocolla* & *Glutinis mistio*.

misticione. Sed difficile quidem experimentum, quippe cum levi gustu os accensum diu detineat, adeo ut quidquid ori objiciatur, planè *Euphorbium* reficiat.

*Galanga* veteribus *Grecis* ignota, & *Arabibus* non satis perspecta, habetur duplex: major & minor. 1. *Galanga minor*. *Cyperus Babylonica* ex *Chinarum* Regione in *Indiam*, & inde in *Lusitaniam* defertur, unde *Chinensis Galanga* dici potest. Optima est quæ fuerit gravis, saturatè rufa, odorata & gustu acerrima. 2. *Galanga major*, tametsi longè crassior radix sit, ignavior tamen est, & viribus infirmior, colore etiam dilutior, minusque odorata, foris subrufa, intùs *Zinziberis* palliditate praedita, gustu acerrima sine aromaticâ aliqua gratia; hâc in nulla confectione utendum est.

*Galbanum* est succus nascentis in *Syria Ferulae*, seu *Liquor Grumis* flavis aut candidantibus compactus, substantiâ molli, pingui digitis adhærente, sapore amariusculo, odore gravi. Eligendum purum, pingue cum accenditurflammam nutriens, mediocriter viscosum, colore flavum tale cum recens est *Dioscoridi* maximè laudatur *Cartilaginosum* (vel ut alii vertunt granulis resertum) *Tharis* effigiem præbens, pingue minimè lignosum, retinens non-nihil adjecti feminis, & *Ferula*, gravi odore, neque valde humidum, neque nimis aridum.

*Granatus* est gemma pellucida, ex flaxa

vedine

vedine rubens, ignis instar, *Minij nativi*, vel factitii colorem ferè referens. Sunt *Granati* alii *Orientales*, alii *Occidentales*, *Orientales* uti meliores, ita & pretiosiores; proindè Provinciam officinalem solis *Occidentalibus* linquunt.

*Hematites Lapis*, *Lapis sanguinarins* (quod fractus sanguinem imitetur, vel quod sanguinem sifat) fuditur non modò in *Egypto*, sed & in pluribus *Germanie* & *Bohemie* montibus, præsertim in *Hercynia* sylva, & in ferri fodinis quibusdam. Commendatur friabilis, saturo colore niger, durus, & suopte ingenio æqualis, nullà sorde admistâ, nulloque *Zonarum* discursu.

*Hermodactylus*, radix est officinis nota, probatur candidus, corpulentus, plenus, gravis; non cariosus, qui leni contusione in pulverem Farinæ triticeæ similem facile redigitur, sapore suavi & dulci.

*Hyacynthus* est gemma pellucida, ex flavedine rubens, ignisque flamas imitans. Sunt alii *Orientales*, alii *Europai*. Hi inveniuntur ad *Iseram* fluvium in confinibus *Silesiae* & *Bohemie*, suntque *Orientalibus* ignobiliores. Quoad colorem, referunt alii colorem *Minij nativi*, aut sanguinis admodùm biliosi; & hi sunt præstantissimi: alii rubedine *Croci* flavescent; alii exactè ostendunt succini colorem, & hi viiores, alii albi pellucidi succini colorem referunt; & hi omnium vilissimi habentur.

*Hypocistis* copiosè ad *Cisti maris* Radices  
nasci-

nascitur, quæ summis cespitibus diffunduntur, & coherent novo nempè vere cum cistus jam ad explicandos flores se parat; nam quando primum emergit, purpureo apparet colore, deinde paulatim assurgens & sese explicans, multum pristini coloris remittit, & cytinos suos profert candicantes turgidos, & lento succo plenos, qui etiam *Hypocistis* appellatur. Nascitur in pluribus *Etruria* asperis locis, montibus potissimum, *Lucensibus*, *Apenino* quoque monte, itemque in *Hispania*, *Lusitania*, & *Gallia Narbonensi*.

*Jalappa* incognita fuit veteribus. Veram autem historiam *Jalappa* exponit Gregorius Horstius libro tertio Epistolarum Medicin. est autem nihil aliud docente Closfæo, quam mirabilis *Peruviana*, cujus radix inodora in diebus Canicularibus effoditur, tesseratim inciditur, inque loco umbroso siccatur.

*Kinkina*, *Kinakina*. Arbor ex nova, quæ Orientem spectat, *Peruvia*, vocatur ab incolis *Gannanaperide*, ab *Hispanis* *Palo de calenturas*, id est *Lignum Febrium*: ejus cortex inter orbis *Americanici* divitias notissimus ad nos devehitur crassitie mediocre, substantiâ tenuis, foris scaber, passimque exili canescens musco, intus laevis, colore ferrugineus, qualis est *Cinnamomi*, amarus, & terræ quâdam admixta portione austerus. Adfertur ex *Peruviano* Regno, cortex dictus *China Febris*.

*Lacca*

*Lacca*, Guinmi quoddam est, quod ex India mauritani petunt, eoque etiam in suis compositionibus utuntur, ut in *Dialacca*. Melior est quæ syncera est, lignique fragmentorum expers, & quamvis prædura exsuccaque sit, præmansa tamen sputum efficit sanguineum, quod probitatis est indicium.

*Ladanum*, Liquor est ex *Cisti*, *Ledon* appellati, foliis exsudans. Optimum, minimeque adulteratum, odoratum esse debet, subviride, facile mollescens, pingue, resinosum, arenularum aliatumque soridum expers, quale in *Cypro* gignitur.

*Lapis Armenius*, est similis *Lapii Lazuli*. Præfertur, qui est maximè viridis, communicato colore cum cæruleo, lævis, perquam æquabilis, tactuque friabilis. Ejus loco *Lapis Lazuli* usurpari poterit.

*Lapis Judaicus*. In *Judea* nascitur *Glan-*  
*dis* effigie, candidus, scitâ admodum configuratione, lineis æqualiter inter se distan-  
tibus, quasi industriâ detornatis. Passim in officinis habetur.

*Lapis Lazuli*, apud *Arabes* is est, quem *Cyaneum Græci* nominant, effoditur in *Orientalibus* auri fodinis. Præstat, qui similis est sereno cælo, maculas quasdam aureas, stellarum modo radiantes habens, & aliorum *Lapillorum* mixturæ expers. Duplex habetur: *Orientalis*, & qui ex *Ger- mania* adfertur; *Orientalis* ex eo cognosci-  
tur, quod in igne colorem non amittat, sed illustrior reddatur; *Germanicus* verò  
hebe-

*Lapis Nepriticus*, in Nephritico dolore maximè laudatus, ex *nixa Hispania* defertur. Variegatus est & *Prassio* similis, ad viridem colorem lacteo permixtum tendit; præfertur viridior.

*Lapis Pyrites*, vulgò *Marchasita*, gignitur autem *Marchasita* (ut rei metallicæ periti tradunt) ex impuro Metallorum halitu: quo fit ut ferè semper reperiatur in montium cacuminibus, præfertur qui ærei coloris est.

*Lignum Guajacum*, *Hagioxylon*, *Lignum sanctum*, *Lignum Indicum*, est primum celebratissimorum illorum simplicium, quæ ex Occidentali India defervuntur. Sunt verò *Guajaci* genera tria, primum defertur ex *Insula sancti Dominici*, secundum ex *Insula S. Joannis de Portu* divite, quod postea repertum superiori ferè simile, sed per omnia minus, & penè sine matrice, superiore tamen odoratius & amarius, quod illi præponitur, & ob mirandas facultates *Lignum sanctum* dicitur. Multæ sunt Insulæ in Oceano, in quibus *Guajacum* nascitur, ut *S. Benedicti*, *Hispaniola*, *S. Crucis*, *S. Dominici*, *S. Joannis de Portu*: aggregatum tamen in *Insula S. Joannis* oriri existimatur: sed cum hoc Ligno naves onustæ, in *Hispaniam*, *Genuam*, *Venetias* afferantur, nec ratione loci dignosci possit, ex ipsius dotibus eligendum, quod ponderosum est, corticem adhærentem habet, gravem odorem obtinet, & aquam, in qua

CO-

coquitur, facile tingit. Tertium genus in  
Orientalibus reperitur. *Lignum Guajacum*,  
nonnulli ad *Buxi* speciem, alii ad *Ebeni*  
*Dioscoridis* alteram speciem non quidem  
malè retulerunt, alii novum arboris genus  
esse censuerunt: grave est hoc *Lignum* ut  
in aquis statim subfideat, non fluit. Cor-  
tex ejus æquè atque *Lignum* in usum ve-  
nit, quem nonnumquam *Fraxini* Cortice  
adulterari contingit, aut similibus, qui  
tamen dignoscuntur sapore, & odore quo-  
dam peculiari.

*Lignum Nephriticum*, ex nova Hispania  
mittitur, quod cinereum est, crassum,  
enode. & exiguo spatio aquæ injectum,  
eam cœruleo colore tingit, qui sensim in-  
tenditur pro temporis diuturnitate, cœruleum  
ideò dictum, quoniam adulteratur  
alio ligno simili, quod aquam croceo co-  
lore inficit, ne quis fallatur.

*Malobatrūm*, est folium *Indicum*, *Nardo*  
*Indico* odore & sapore simillimum, sed  
*Nardo* efficaciùs. Laudatur recens ex can-  
dido nigricans, fractu contumax, inte-  
grum, & odore vegeto nares feriens. Est  
autem *Malobratūm* folium sui generis,  
quod *Indicæ* gignunt palludes, *Lentis* pa-  
lustris modo innatans aquis sine radice, id  
ipsum collectum statim lino trajicitur, sic-  
catumque reconditur. In ejus locum *Mauri*  
invexerunt folium *Lauro* proximum, sed  
majus, & nervis tribus folium intercur-  
santibus distinctum odore jucundo. Ejus  
succedaneum est *Spica tam Indica* quam  
Cel-

*Manna*, est veluti ros cælestis dulcis &  
gratus, qui ex aëre sudoris instar exudans,  
iubrucanis horis super frondes & ramos  
arborum, herbarumque delabitur, & brevi  
*Gummi* modo concrescit. Præfertur *Calabrina*, & in primis quæ stirpium frondibus  
insidens colligitur, proinde *Foliorum Manna* cognominata, minutis granulis similis,  
candida, gustu dulcis, recens atque suavis.  
Secundas partes sibi adseiscit quæ rami  
insidet; tertias vero quæ lapidibus &  
solo inhæret, nimis rūm hæc granulis con-  
stat crassioribus, & colore longè minus  
syncero.

*Manna Thuri*s, sunt minutissimæ *Thuri*-  
s micæ. Laudatur alba, pura, micarum-  
que frequentiâ prædita. Sunt qui cribrata  
*Pini* resinâ ac polline, aut cortice *Thuri*  
contusi adulterant, sed hæc igne depre-  
henditur: nam adulterata non æqualiter  
incensa flagrat, sed fuliginosum & impu-  
rum vaporem expuit, variumque odorem  
habet.

*Margaritæ*, ex Conchis quibusdam,  
seu Pilicibus testaceis, *Ostreorum* valde si-  
milibus in *Indico mari* vi et tantibus sumun-  
tur, quæ si parvæ fuerint, *Margaritarum*  
nomen servant; si crassæ & ponderosæ,  
*Uniones* appellantur. Præferuntur *Orientalis*  
candidissimæ, lucidissimæque: Persicæ  
& perforatae improbantur.

*Marum*, herba est non dissimilis *Majo-*  
*ranae*

*vanae*, cuius loco accipitur *Dictamnus*  
*Greticus*, vel *Majorana*.

*Mastiche*, resina *Lentiscina*, *Mastix*. Est resina quæ *Lentisci* truncо vulnerato, pri-  
 mum liquida distillat, dein paulatim in  
 guttas densatur, foris candida aut flave-  
 cens propter inhærentem pulverem, quo  
 absterso, propemodum crystallina &  
 translucens. *Lentiscus Mastichem* eructans,  
 est arbor admodum procera; non tantum  
 in *Chio* & *Ægypto*, sed & in certis locis  
*Italie*, ut in *Apulia* reperitur. Ex ejus ligno  
*Dentiscalpia* fiunt optima, quibus non mo-  
 dò repurgant dentes, sed roborantur,  
 gingivæ constringuntur, & ori suavitas  
 conciliatur. Præsertur resplendescens, &  
 candore *Hetruriæ Ceræ* similis, retorrida,  
 crassa, odorata, friabilis, stridorem edens.  
 Viridis autem inferior est. Adulteratur  
*Thuris*, resinæque *Pineæ nucis* mixtione.

*Mechoacan*, *Mechoaca*, *Mechoacana*,  
*Peruviana Mechoaca*, *Bryonia Mechoacana*  
 (quod radix *Bryoniæ* sit similis, à qua ta-  
 men multum differt, quod *Bryoniæ* radix  
 viridis & sicca, admodum acris, *Mechoa-*  
*can* verò insipida & sine acrimonia) *Me-*  
*choacan* radix diligenda est recens, intùs  
 albicans, exteriore parte nonnihil cineri-  
 tia, crassa, compacta, multis circulis  
 distincta, nullius mali saporis particeps,  
 & sine acrimonia. Improbatur valdè car-  
 dida, nigra, & cariosa. Quæ in *Quito*,  
 & circa *Nacaragua* nata, præstantior est  
 priore.

M

Men

*Meū folia tenuia sunt angusta, Capillacea; surculi graciles Cubitales, in quorum summitatibus prodeunt umbellæ cum flosculis candidis; radices admodum tenues sunt & odoratæ, quarum in officinis usus est.*

*Moschus.* Est autem *Moschus*, & excrementi, & Animalis, à quo id ipsum habetur nomen. Animal verò exoticum est, idque *Indicum* in Regno *Pegu*, ac potissimum in *Agro Tumbascorum* admodum frequens, *Capræ* non multùm dissimile, ac corpore prægrandi *Dorcadem Moschi*, *Gazzellam Indicam* & *Capreolum Moschi* nominant.

Huic cum *Veneris* æstro percellitur, furoris vehementia *Umbilici Regio* intumescit, ibique congesto sanguine multo & crasso, fit apostema: atque tum serum illud Animal potum cibumque aversatur omnem, & humi sese provolvens, atque lapidibus & arborum truncis turgentem partem quādam voluptate confricans, disruptum ac vomicam aperit, ex qua sanies quādam excernitur, quæ verus est *Moschus* omnium rerum odoratissimus & suavissimus, quique alias omnes *Moschi* varietas, quæ nunc multæ circumferuntur, bonitate superat.

Illa autem sanies, super arborum truncis aut saxis relicta, calore Solis, ac cæli bonitate coquitur, elaboratur, & virosus ipsius odor, si quis sit, dissipatur, fitque præstantissimus ille *Moschus*, quo Reges &

& Magnates donantur & utuntur; quod  
verò passim venditur, bonitate longè in-  
ferior est, & ab Animalibus venatu captis  
carpitur. Captā enim Ferā, Venatores  
partem cum corio simul absindunt, cruo-  
rem effluentem exprimunt, colligunt, ex-  
ficcant, & servant cum utriculis aut pel-  
libus eorumdem Animalium, quorum  
sēpē sanguis exsiccatus, pauculæ recre-  
menti, dicti portioni commixtus, pro  
puro Moscho ab institoribus seu adultera-  
toribus venditur. Qui verò suapte naturā  
in Animalis utriculo sibi maturitatem com-  
paravit, hic verus & optimus est *Muscus*.

Est quoddam genus *Mustellae* majoris,  
quæ quod Martia sit & pugnax (Gallinas  
enim etiam grandiores enecat) quibusdam  
*Martes*, aliis *Marturella*, vulgo *Fo-*  
*vina* dicitur, cujus excrementsa *Moschum*  
redolent.

Sunt & quædam plantæ & fructus, qui  
hujus aromatis suavitatem naribus &  
palato referunt, ut *Geranium Moschatum*,  
*herba Moschata* dictum, *Rose Moschatae*,  
& *Pyra Moschatellina*.

*Myrobalani* quinque generibus distingun-  
tur, videlicet in *Citrinas*, *Chebulas*, *Emblicas*,  
*Indas*, & *Bellericas*. *Citrinae* laudantur mul-  
tum flavæ, in viride inclinantes, densæ,  
graves, gummosæ, cortice crasso os par-  
vum complectente. *Chebulæ* quæ majores,  
et meliores, nigræ in rubrum inclinantes  
graves, quæ aquæ impositæ statim mer-  
guntur, cortice crasso. *Indæ* optimæ sunt

M 2 nigræ,

nigræ, substantiâ solidâ, si frangantur densæ, magnæ, graves sine ossibus. *Emblicæ* sunt magnæ, graves, densæ, carne multâ, ossibus exiguis. *Bellericæ* verò, densæ, magnæ, graves & cortice crasso, quæ his notis carent, aut vetustate exolctæ, aut aliud incommodum passæ sunt.

*Myrrha*, *Arabicæ* arboris lachryma est. Laudatur quæ subviridis est, pinguis, splendens, resinosa, mordens, foris undique concolor; si frangatur, venas quasdam unguium modo candidas intus habens: talisque eligenda quæ recens sit, fragilis, lævis, amara insuper & odorata. Inutilis est nigra, aut piceo colore, gravis, rectorrida & pinguedine carent.

*Nardus*, officinæ *Nardi spicam* appellant, cujus duo sunt genera: unum *Indicum*, alterum *Celticum*. *Indicum* per quam odoratum sit, recens & læve, haudquam pulvulentum, *Cyperum redolens*, brevi spicâ, amaro sapore linguam siccante, quod diù in sua odoris gratia permaneat. *Celticum* verò in *Liguriæ alpibus* nascitur: laudatur maximè recens, jucundi odoris, radice numerosâ cohærens, plenum & non fragile. *Nardum rusticam Lavendulam* vocamus.

*Opium succus* est è capitibus papaveris nigri. Trium est generum: unum ex capitibus & foliis expressum, *Grecis Meconium* vocatur, quod ignavius: alterum lachryma est ex capitibus paululum incisis extiliens, quæ verum est Opium. Optimum est

M

densum,

densum, grave, amarum, odoratu soporiferum, quod facilè *Aceto* dissolvitur, lene candidum, neque asperum neque grumosum, quod colatum non statim uti cera eoéat, quod in Sole diffundatur, & admotum lucernis clarâ non atrâ luceatflammâ, & extinetum odoris vim conservet. Adulteratur *Glaucio*, hoc est *Mentha* aut *Guimmi*, aut *silvestris Lactuca* succo. Verùm *Glaucio* fucatum in dilutione, *Croci* colorem reddit; *Lactuca* depravatum inodorum est, & asperius: *Guimmi* vitiatum, infirmum est & splendescit.

*Opopanax*, succus est effluens ex incisa radice, aut caule *Panacis*, quod *Dioscoridi Heraclaeum* dicitur. Commendatur quamamarissimus, interne albus aut subfulvus, fôris colore croceo, lenis, pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescens & gravi odore. Niger improbat ac mollis, nec non Ammoniaco aut cerâ adulteratus; sed synceri experimentum est, si digitis in aqua friatus resolvatur, & lactescet.

*Rhabarbarum*, in interiore Sinarum Regione provenit; undè in urbem *Cantan* (nobilissimum totius Provinciæ Emporium) exportatur, & inde navibus in *Indiam* advehitur. Optimum est si odore narres feriat, compactam simul habeat substantiam, aureo sit colore, aureisque ac ruffis venulis abundè distinctum, gustu amarum, grave pro laevitate sua, & quod madefactum croceo colore manum fricantis tingat. Conservatur per annos tres aut

M 3. quia-

182 PHARMACOPOEA  
quatuor integrum incorruptumque, si cerā  
solā, vel cerā cum *Terebinthina* liquata  
circumlinatur, aut *Melle albo*, aut *Psyllio*,  
aut *Milio* mergatur.

*Rhaponticum*, ex *Septentrionali* plaga  
advehitur, optimum habetur quod teredi-  
nes non habet, gustuque subacri cum re-  
missa astrictione lentescit: ejus radix nigra  
est, *Costo nigro* foris, *Centauro magno* in-  
tūs similis, sed minor, & magis rufa,  
fungosa & laxa, aliquantulūm lenis, sine  
odore, quæ mansa colorem reddit palli-  
dum ad *Crocum* inclinantem, fragilis &  
amara.

*Rubinorum* multa sunt genera, sed no-  
bilior ille *Rubinus* vocatur, cuius nitor vi-  
vaciōr sit cæteris, & rubore sit splendens  
& elegans: à rubore non sine ratione ap-  
pellatus est *Rubinus*, optimus in Flumine  
*Pegu* reperitur, durus & frigidissimus.

*Sagapenum*, quod officinis *Serapinum*  
dicitur, est succus *Ferulaceæ* herbæ in *Me-  
dia* nascentis. Laudatur translucens, fulvo  
forinsecùs colore, intùs albido, & quid  
inter *Laser* & *Galbanum* redolens, gustu  
acri, substantiâ crassâ, & facilè in aqua  
resolubile, quod his caret notis, adulter-  
atum & spurium censetur.

*Sandaracha*, Lapis est in Metallicis ve-  
nis, plerumque cum auripigmento na-  
scens: ideo *Serapioni* auripigmentum ru-  
brum dicitur: rufa est nonnihil ad luteum  
vergens, quæque cùm uritur fumum emit-  
tit pallidum, sulphurisque virus redolet  
et si

etsi non consumatur. Animadvertisendum est, quod *Sandaracha* non sit vernix scriptoria, ut aliqui putant; si quidem nihil aliud hæc est, quam *Gummi Juniperi*, quod à *Mauritanis Sandarax* dicitur.

*Santalum*, est triplex, pallidum, album & rubrum, quæ genera non nascuntur in una Provincia, sed magna est locorum distantia. Pallidum, quod & Actuario dicitur *Santalum Citrinum*, *Santalum luteum*, *aromaticum*, *odoriferum* aliis præfertur; quia odoratius. Num verò id habeamus, valdè dubitandum, quandoquidem scribit Garcias ab horto vix in *Lusitaniam* deferri, quoniam ejus pretium majus sit apud ipsos *Indos*, quam apud *Lusitanos*. Fieri igitur poterit, ut aliquod aliud odoratum lignum, ut *Cedri*, vel alterius arboris, nobis pro legitimo *Santalo*, obtrudatur, cum & vulgare *Santalum Citrinum* acre sit, quale legitimum non est. In ejus defectu substituendum est, album seu candidum *Santalum*. Rubrum *Santalum* postremum locum obtinet, quod nullo commendetur odore, neque in iis locis nascatur, ubi cætera genera. Hoc decorticatum affertur, & *Ligno Brasiliano* dicto sæpè adulteratur; verum licet utrumque sit inodorum, attamen *Santalum* neque dulce est, neque inficere debet. *Brasilianum* & dulce est, & inficit: ponderosior, quin etiam & solidior hujus materia, ideoque aquæ injectum statim fundum petit. Nostrum *Santalum* rubrum dulce est, & inficit; quare forte

spurium & adulterinum erit dicendum.

*Sapphyrus*, est gemma pellucida, constans colore cœruleo sive cyaneo, perquam translucido, cœlique sereni colorem referens, splendore & perspicuitate summâ; est gemmarum omnium durissima, Adamante excepto: optimus apud *Indos* reperitur.

*Sarcocolla*, cuiusdam arboris peregrinæ, & Gummi ab ipsa manantis nomen est. Nascitur in *Perſide* fructuosa & spinosa ramis nodosis, & arbori appressis, ex quibus sauciatis, & interdùm sponte profuit lacryma *Thuris pollini* similis, colore subrufa, amara sapore citrâ mortuum, dulcedinem *Glycyrrhizæ* referens. Adulteratur Gummi, sed gustu deprehenditur, adulterata enim amara non est.

*Sarparilla*, planta est multis radicibus nitens, duos cubitos aut amplius longis, colore cinereo dilutior, quæ interdum tam altè demittuntur, ut qui integras erueret volet, ei profundâ fossione opus sit. Ex *Hispania nova*, & Provincia *Honduras* transfertur. Matthiolus & Dodonæus putant esse eamdem cum *Smilacis nostrata*; dissident tamen inter se multum, nam *Smilacis asperæ* radix nodosa est, & geniculata, graminis ritu, multoque brevior & mollior. Enodis verò est *Sarparille* radix, nullis geniculis asperata, dura, fibrosa, rugosa, medullosa, & aliquando viginti pedes longa, atque Viminis instar facilè finditur. Deligenda est candida ad pal-

pallorem tendens, recens, non cariosa, sed medullosa, fractu contumax & ponderosa: nam quæ cariem sensit, & dum frangitur pulverulenta est, inutilis existimanda.

*Sassafras* arbor magna est, folia ferens fculineis similia, & in tres partes divisa, stipites leves, subrubeos, & fœniculum olentes. Nascitur in Provincia *Florida* & *Mechuanensi*, ejus lignum optimum est recens, acri sapore præditum, ad cinereum colorem tendens, atque suum corticem retinens: nam quod cortice caret, vile & invalidum censetur.

*Scammonii* nomine succus plantæ cuiusdam concretus, & planta ipsa intelligitur, quibusdam tamen magis propriè hæc *Scammonia*, ille *Scammonium* dici videtur. Est verò planta lactaria, volvulosa, scandens, laevis *Smilacis* modo, cui foliis, flore, & facie valde similis est, sed radice non parùm dissimilis, quæ in *Smilace* tenuis est, in *Scammonio* crassa, prælonga, intus candida, odore gravis, & multo succo prægnans; ex eaque tenues & viticulosi surculi prodeunt, qui vicinos frutices scandunt, amplexantur, & se implicant, folia ei lata & acuminata sunt instar *Arisari*, sed minora. Flores albidi, concavi, Calathi figura; nascitur uberior in pinguis solo, præsertim in *Antiochia* & *Syria*. Ex ipsius radice *Scammonium* vulgo dictum, seu liquor colligitur plurimis modis, ut videri poterit ex Rænodeo, Theodoro &

Cor-

186 PHARMACOPOE A  
Corbeio. Mesue laudat *Antiochenum*, sub-album, Gummi modo clarum, aut varium, quod fractum salivæ aut aquæ contactu lætescat, fractu facile, lœve, odoris non tetri. *Dioscoridi* probatur lœve, nitidum, rarum, fungosum, venulis exilibus. Adulteratum quoque aquæ contactu lætescit; sed adulterium vehementi acri-moniam deprehendi ait.

*Schœnanthum*, id est flos *Junci odorati*, omnibus notum. Eligendum rufum, intenso colore, recens, tenue, rubentibus fragmentis, quod manibus fricatum Rosæ odorem emitit, igneæ mordacitatis ad linguam, eligatur floribus refertum, si fieri potest.

*Sena duplex* habetur, una est acutioribus angustioribusque foliis, quæ ex *Alexandria Ægypti*, vel ex *Syria Venetia* defertur, & vocatur *Sena Orientalis Alexandrina*, *Syriaca*, *Ægyptia*, *Sena minor*. Altera est latioribus rotundioribusque foliis, & in *Italia* spontè, vel lœvi culturâ æstivis tantum mensibus provenit, undè magna copia deportatur. Hæc vilior est, & *Orientali* longè inefficacior, ita ut hujus uncia tantum præter, quam *Orientalis* semiuncia. Probatur recens, viridis, probè resiccata, non maculosa, nec teredine exesa, nec stipitum admixtione fraudata. Ejus folliculi foliis præferuntur recenter siccati, colore è viridi obscuro, & *Sene* odorem referentes; evanidi namque, seminibus vacui, putidi, ac male olentes purgatoria vi destituuntur.

*Smaragdus*, quo nihil viridius, tanti splendoris existit, ut oculos intuentium perstringat: translucidus debet esse, nitens & colore excellens; ejus bonitas cognoscitur, si in os sumptus frigidus sentiatur, & carbonibus injectus non ardeat, nec flammam emittat.

*Styrax Calamita succus est arboris cuiusdam Syriacæ, qui è *Pamphilia* advehitur intrà calamos, ne quid suavis odoris amittat. Præfertur rufescens, crassa, spinosa, albicantibus grumis plena, odore jucundo atque perseverante dotata. Deterior nigra, furfurosa, situ obducta & inodora; adulteratur ligni ipsius scobe, melle, cera, adipe odoribus imbuto, & quibusdam aliis; dignoscitur, quod adulterata invalido sit odore; sincera verò admodum acris sit.*

*Succini* tres præcipuè sunt differentiæ ex colorum varietate: prima lutea est, gratâ perspicuitate transparens, avri colorem repræsentans: altera alba, imò candidissima est, rara, sed optima: tertia obscura, confusos & variè mixtos colores obtinens. Probatur illa, quæ attritu calefacta illicet paleas, aliasque res minutæ ad se trahit, fulva ac translucens, & quæ accensa *Bituminis* odorem reddit.

*Tacamahaca* ex nova Hispania defertur, est Gummi seu resinæ genus collectum è vulnerata arbore magna, instar *Populi*, admodum odorata, cuius fructus est ruber, *Paeoniae* feminis modo.

Tamar-

*Tamar-Indus* arbor est, in qua nascuntur *Tamarindi*, procera, *Costaneæ aut Fraxini* modò, dura, compacta, multis cincta ramis, & foliis armata minutim incisis palmi magnitudine. Fructus hi immaturi virent, & acidi sunt; maturi subcineritii, eorumque tunc aciditas suavitate non caret. Probantur colore nigro rufescentes, multis villis intertexti, recentes, lenti, pingues, vinosi, jucundâ tamen aciditate grati, nucleos intus continentibus sativorum *Lupinorum* magnitudine, quodammodo rotundos, sed planos, colore fulvos, & leves. Servantur in fictile vitreatum coacti, loco frigido & sicco. Adulterantur *Prunorum* carne, sed in his nigredo est obscura, humidiores sunt, & *Prunorum* odor & sapor illis inest.

The herba, seu *Frutex Chinensi*, *Tsia* verò *Japonibus*, eadem sunt. Foliorum decoctum illis The; his *Tsia* itidem dicitur, licet *Chinenium Tsia* ob majorum foliorum macerationem, & coctionem nigrum The appelletur. *Japonensium Tsia* ob minimorum in summitate fruticis foliorum præparationem gravioris utique sit saporis, majorisque efficaciam, ac altioris quoque pretii. Omnis The, sive *Tsia*, nullibi terrarum (quantum quidem constat) nisi in *Japonia*, *Chinæ*, & *Chiäm* campis colitur; exsurgitque ad *Ribesorum*, vel *Roseæ Europææ* molem & altitudinem. Caules & ramusculi totius fruticis à pede usque ad verticem perpetuis & infinitis floribus &

f.

foliis tenuibus acuminatis, in ambitu crenatis, incisis & dentatis instar ferræ, ornatè vestiuntur. *Bellidis* aut *Chamæphytus* foliis similibus, ab acetosa silvestri diversis, &c.

Quæ ejusdem licet formæ, diversæ ad eos sunt magnitudinis, ut quinque differentiæ foliorum uni, eidemque frutici adnotorum apparent. Prima & maxima in inferioribus ramusculis, *Balsami hortensis* foliis simillima existunt. His succedunt ea, quæ secundæ magnitudinis, & prioribus multò minora sunt, ut sic gradatim ascendentia quinques manifeste differant.

Verū quantum hæc folia sursùm magnitudine decrescunt, tantum pretio accrescunt. Hæc Guilielmus Piso in annotationibus ad historiam naturalem & medicam *Indiæ Orientalis*, Jacobi Bontii paginâ 87. 88. 89. quippè primæ magnitudinis exsiccatarum & præparatarum libra valet quinque asses; secundæ quinquaginta; tertiæ vero quinque florenos; quartæ quindecim; quintæ & ultimæ magnitudinis quinquaginta: imò subinde centum & quinquaginta florenos valet, si ritè præparata fuerint folia.

Flores poridæ fert *Thealbicantes*, magnitudinē, figurā, colore, *Rosæsilvestri Europæ* (quæ *Eglancier* vocatur) excepto odore, simillimos. Quorum foliolis descenditibus, umbilicus manet, ubi semen horum fruticum rotundum, & nigrum continetur. *Rosarum* instar, quod terræ com-

190 PHARMACOPOEIA  
commisum novas producit plantas triennii spatio. Ex quorum foliis messis luculentia illis annuatim reddit, etiam iis Japoniae locis, ubi gelu & nix vigent æquè ac in Hollandia. Radices sunt fibrosæ, & in minimas particulas dispersæ circa terræ superficiem, nullius hactenus usus habitæ: ita ut sola hujus decantatae plantæ seu fruticis præstantia in frondibus existat, quæ VERE Japonensi lectæ & in umbra exsiccatæ ad quotidianas decoctiones reservantur. Quantum ad saporem foliorum *Thea*, præter amaritudinem & calorem, aromaticum quid, & tenuitatem partium prædominantem potius, quam ad strictionem, arguere videntur.

Petrus Borrellus historiarum, & observationum rariorum Medico-Physicarum Centuria 3. observatione 39. de *Thea* sic inquit: In duabus tantum *Chinæ* Provinciis arbor *Thea* dicta reperitur, ex Alexandri de Rhodes peregrinationum historia, quæ *Bellidis* folia habet, & in una quam in alia major est. Magnis curis colliguntur hæc foliola semel in anno (ut nos hæc in Gallia *Uyas* colligimus) ex arbore *Myrti* folio prædicta. Bulluntur in aqua, & tunc extendi possunt, & eorum forma percipi, &c.

*Terebinthina* vera ex *Terebinthino*, seu *Termintho* arbore (ut *Græci* dicunt) habetur. Est enim liquor pinguis ex ejus trunko & ramis defluens. Optima est clara, perlucida, alba, acris & odorata. Laudatur quæ

quæ ex *Chio Insula* defertur, *Chia* ob id nuncupata: hæc odore & gustu cæteris antecellit, & plus *Terebinthi* refert. Quæ cum ad nos non advehatur, *Abietina*, quæ ex *Abiete* aut *Laricea*, quæ ex *Larice* effluit, loco illius substitui possunt.

*Terra Lemnia* præstantissima habetur, quæ ex *Insula Lemno* defertur, in placentulas efformata, ac aliquo plerumque sigillo obsignata, & ideo sigillata vocatur, rufo plerumque est colore, pinguis adeo, ut è sævo constare videatur, dum in ore contenta linguae & labiis admovetur.

*Thus* est arbusculæ cuiusdam in *Arabia* nascentis lacryma resinosa. Duo traduntur genera: unum dicitur *Olibanum*, seu *Thus masculinum*, quod ex albo flavescit, limpidum, pellucidum, pingue ac siccum est, resinæ *Cedriæ* puritatem, succinique nitorem emulatur. Alterum *fœmininum*, quod bonitate *masculo* cedit, resinofum magis ac molle, & citè ardens. Adulteratur admisto *Pini* aut *Nucis* ejus cortice; sed horum index ignis est: siquidem reliqui cortices suffici, nequaquam incenduntur, & sine odore fumum eructant: *Thunris* verò cortex ardet, & cum odoris fragrantia vaporem ejaculatur.

*Tragacantha* est lacryma, quæ ex plantæ *Tragacanthæ* radicibus colligitur, & per cribrum aut rarum linteum exprimitur, candida, pellucida, nitida (licet & flavescens subrufa reperiatur) substantia est glutinosa, quæ difficulter teritur, & aquam,

quâ

quā dissolvitur, in densam mucilaginem instar glutinis convertit. Eligenda candissima, parum translucens, gracilis, lævis, syncera, subdulcis, & cujus minima portio maximam aquæ copiam coagulat. Quæ est antiquata, primum pallefecit, deinde rufescit, tandem etiam flavescit, fitque hæc annis amara, ob idque calidior, atque ideo ad confectiones calidas potius adhibenda. Adfertur ex *Greta, Asia & Græcia*. Planta, seu Arbuscula *Tragacantha*, etiam in *Italiae* quibusdam locis reperitur.

*Turbith.* Præfertur intus subalbum, foris cineritium, fractu facile, recens, & cujus caulis pars radici proxima, gummosa est. Improbatur vetus aut cariosum, quia viscera conturbat.

*Xylobalsamum*, lignum *Balsami* legitimum nondum in officinis prostat, quale requirit *Dioscorides*, recens, sarmento tenui, fulvum, odoratum, quadamtenus *Opobalsamum* spirans. Quod verò pro eo ostenditur *Xylobalsamum* officinarum, alterius cujusdam arboris virgultum est, & potius *Myrtum* quam *Balsamum* refert. Hinc fortè *Lentisci* (in *Italia* nascitur) surculi; modo non cariosi sint, sed recentes, nec odorem amiserint, & exsiccantes, moderatè quin & astringant, & aromatici sint. Alii tamen *Macis* & *Cyperi* æquales partes, alii *Santalum* flavum, alii *Cubebas* substituunt.

INDEX